

honore fungatur, sicut et Corbeyensis abbatia fungi dinoscitur, res etiam sui iuris libere possideat, cuncta scilicet loca urbana vel rusticana diversaquae praedia culta et inculta cum omnibus eorum appendenciis, quae ab^a aliquibus christianis concessa sunt vel concedentur.^b Monachis quoque inibi deo servientibus liceat secundum regulare beati Benedicti decretum eligere sibi abbatem. Insuper etiam placet auctoritati^c nostrae, ut praelibatus constructor monasterii advocacione utatur, quamdiu superstes est, sed post ipsius decessum potenter eligat sibi abbas cum fratribus advocatum^d, quemcunque utiliorem probaverint. Si quis autem temerario ausu, quod fieri non credimus, contra huius nostrae apostolice confirmationis scripta^e venire temptaverit, sciat se domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et atrocissimis eius pompis atque cum Iuda traditore domini ac salvatoris nostri Ihesu Christi in aeternum ignem concremandum simulque in voragine tartarea^f demissum, ut cum impiis deficiat. Qui vero custos ac observator huius nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam et vitam aeternam a domino consequatur.

Scriptum per manus Petri notarii et scriniarii^g sanctae Romanae ecclesiae (domini Silvestri pontificatus anno tercio), in mense aprilis, indictione XII.

8.

Benedikt VIII. bestätigt dem Kloster Helmarshausen die Freiheit von Corvei und die Immunität.

1014 Juni 20.

C f. 3. — Nach dem Zitat in WENCKs Hessischer Landesgesch. 2, UB. 121 Anm. Regg. bei DIEKAMP, Westfäl. UB. Suppl. n^o 640 und bei FINKE, Papsturk. Westfalens S. 8 n^o 26. — Über die VU. s. S. 96.

Benedictus episcopus^h servus servorum dei. Hansoⁱ religioso abbati venerabilis^k monasterii (beati Petri) in Helmwardeshusen et per te eidem monasterio in perpetuum. Quoties ea a nobis concedi postulantur, quae piis et venerabilibus locis congruunt, decet nos libenter concedere et votis religiosorum apostolica sanctione favere. Et ideo religiositas tua nostro suggestit apostolatui^l, quatenus idem monasterium structum ab Echehardo comite et conthorali^m eius Mathilda (et tuitioniⁿ sedis apostolice commendatum) cum omnibus

a) ab fehlt in C. b) concedantur C. c) auctoritati C. d) advocatum fehlt in C. e) wohl statt seriem. f) tartaria C. g) scrinarii C.
h) C schaltet hier et ein. i) C; Haulfo in DO. III. 356. k) vigiliis C.
l) apostolati C. m) comherali C. n) tutor(um) C.